

Et in Cenaculo
venerabilis homo et
duicem comam nuncupare. **N**on
quod enim suam cenam nuncupat
admodum ducendu. Et illi quicce
fuerit alius aut chiesa est.
Nonquid domoq nō habet ad
modum ducendu et libendu. **C**
erchia de cetero nō et cō
sidens eos qui nō habent
Ordi dicas nobis. **I**anuas
in hoc nō laude. **S**ed qm ac
cepit a domino. qd et tradidit nob̄
qm dñs ihesu m̄ nocte fuit
huc. accepit panes et gressus
ages fregit et dñs. **H**oc eum
pus m̄ qd p̄sonob̄ tñt.
hoc facit imē cōmunitate
nē. **T**um s̄ et calix nob̄
conatur ducere. **I**n calix no
nū tēm̄ cūm̄ cūm̄ fuit.

Propterea
cōceptu
a. **R**ō
qua
cōfessu
n p̄mane
cōm̄ cāp̄t
P
Dicitur
ak̄ fili
teria ne
tē nob̄t
dom̄. Qd
nē **C** p̄
multa cōp̄.
nē m̄ do
alīmōt
dom̄. **D**
rām̄ d
R
tōm̄ tōt̄

60
ACCLAMATIONES GRA-
TULATORIAE IN NUPTE,
as solennes

VIRI SPECTA.


TISSIMI ET ORNATISSI-
MI DN. BARTHOLOMAEI NEV-
KIRCHII REVERENDISSIMO CAPITV.
*lo Archiepiscopatus Magdæburgensis ab
Epistolis & Ciuis Hallensis*

Nec non

VIRGINIS OPTIMAE ET
LECTISSIMAE CATHARINAE,
*FILIAE VIRI CLARISSIMI ET EXCEL-
lentissimi Dn. PHILIPPI IACOBI SCHRO-
TERI Medicinæ Doctoris & Publici in
Salana Professoris.*

Celebratas 14 Ianuarij ipso die Felicis Anni
Jubilat 1500. GENAE.

165
Vbi excudebat Salomon Richtzenhan,
Typis Donati Richtzenhan.



FESTA FELICIS



Vidoue am vestro, Neonymphi, maius Amori,
Cuius FELICIS festa futura die?
Illum FELICEM quam IOV.A vt sifat vtriq;
Vestrum, multiugis accumuletq; bonis.

Euphiliæ Enca ipso die Hilarij
perscriptum à M. Nicol.
Rhostio ecclesiae Ge
nensis Diacono.

II.

Quartæ & dena dies IANI se tollit ab ortu,
Atq; suis Vrnam Phœbus adurit equis.
Hesperiasq; petunt fului vndas terga Leonis
FELICISq; diem sidera fausta ferunt
Dulcis in amplexus, summo sic dante IEHOVA
BARTHOLQMAEE tuos cum CATHARI
NA venit.
Cum CATHARINA venit IACOBO nata PHI
LIPPO;
Phœbeâ morbos qui leuat arte graves.
Qui satus est magno medicorum principe IANO,
Auspicijs cuius nostra SALANA viget.
Quem Comitem norunt Romana Palatia, summum
Cæsare FERDINANDO contribuente Decus.
Ergò felicem nimium se quisq; vocabit,
Quod tua sit tanto nata virago viro.
Et quia jura tori Felicis luce celebras,
Principium felix cum Medio illud erit.

Nam

Nam bene qui rerum sumit primordia, facti
Dimidium fertur persoluisse sui.

Hinc etiam ut finis sit felicissimus alnum
Rectorem coeli supplice vocero.

*M. Christianus Vallendorpius Schos
la Senatoriae Reector.*

III.

Et tibi SPONSE, tuo ne quicquam desit honori,
Ipsum etiam nomen suggerit augurium.
Namq; tibi cum sit NEVKIRCHI nomen, & illud
CHRISTICOLAS nostro denotet ore NOVOS:
Fallor: an omen adest, fore quod tibi multa marito
Sic NOVA CHRISTICOLVM PLEBS oritur anoue,
E qua diuinis resonans ECCLESIA laudes
Constitui, & summo possit adesse DEO.

Et quoq; SPONSÆ, tuo ne quicquam desit amori,
Ipsum etiam nomen connubiale geris.

Namq; tibi cum sit CATHARINÆ nomen, & illud
CANDIDA & Argivis nil nisi PURA sonet:

Fallor: an omen adest PURAM te nubere PRO
Et PURAM PRO debinc in amore fore.

Quæq; tuo dabitur NOVA sposo ECCLESIA, PRO
Illam etiam per te semper honore fore.

Hoc precor, & si que vobis maiora precari
Affinibus liceat vel meliora: Velim

Tambene conueniat vobis quoq; conuenit ipsis
Quam bene nominibus. Fallor: an omnibus?

M. Mauricius Schröter.

IV.

A 2

Sidera

Sidera quæ fraudant, CATHARINAE lumen,
censu,

Vidit ut, ignotis ignibus arsit, AMOR

Armaq; depositus vicitus Puer; arma Puella

Rilis; nempe oculis debilior a suis.

Inde faces stinguit; Pharetram confringit & arcum,

Seq; triumphato credit & MORE Deam.

Non tulit hos fastus Cypri DEA. Numinia Natl,

Propriac; in Nato numina Spreta dolet.

Ergo tardipedem gremio complexa maritum,

Altera tela cupit; altera tela capit.

His armat Natum, peplo sed prouida ocellos

Ante ligat trepidas dirigit atq; manus.

Nec mora Victorem vincit puer improbus, ille

Qui vicitus Spolia en victor opima refert.

Hincq; trophæa locat, circum gens mollis Amorum

Lusitat & Paphiæ dulce melisma canit.

Sed Siculi miseræ consumunt corda calores.

Pellentes roseum pallidulo ore decus

Nec requies animo datur; aut medicina dolori;

Irratos nescit voce mouere DEOS;

Ipse Pater medicâ quamuis præclarus in arte

Ne quicquam Natæ consuluisse cupit

Et Patriæ Phœbus præses, medicamina & herbas

Multum indignatur nil valuisse suas.

Phœbe doles; frustra hîcherbarum quicquid ubiq; est

Tantum perturbat pectora cordolum.

Sic igitur pereat non fas. Soror ecce Tonantis

Quam Cypris condit, sedula promit opem.

Pronuba sit Medicus Iuno, cultorq; Heliconis

Vulnibus sexuis lene malagma parant.

Ofas

O factum benè. & ô bona tu DEA, tu bone DIVB

Qui tantum cupitis nolle perire bonum;

Ergo nunc quamuis Venere indignanteq; Nato

Urania scobolis tibia læta sonat

Et tædæ rutilant, venias noua nupta necesse est,

Longius ingenuus quid vetat ire pudor?

Sed bene habet. thalami limen supere ecce pedem fert,

Fungere nunc munus Cinxia IVNO tuum.

Hoc nunc, Mox iterum mutato nomine, certas

Post lunas, votis fac celebrere nouis.

Iam veluti vt Patri Nuptæ Lucina vocaris

Sic Te Lucinam tempore nupta voces.

Andreas Ellingerus Genensis

V.

Q uam benè quòd tecum, vir spectatissime NYMPHÆ

Iam nunc consendet strata sacrata toris

Namq; Borysthemo volitante rigore per antra

Iam Ridhæa niues & glomerante Libe:

Isthæc bellula bella puella labella labellis

Figet quippe tuis; teq; fouebit amans.

SPONSE moue plausus, cape gaudia, protinus omnem

Obrue Lethæ o tristis, iamq; lacu.

Iuncta tibi siquidem pia, blanda, puilla, petita est

SPONSÆ tener flcs est; est generosa Rosa.

Aemula Penelopes, radiantibus aemula stellis,

Nec non ingenua prosata stirpe viget.

Nec peregrina, ferina nec est, CATHARINA, nec imæ est;

Sed regina; sed est Cyprogenia, Dea est.

Hanc igitur grator tibi SPONSAM, SPONSE beates

Hanc pietas meruit cura laborq; tuus.

A 3

C 16-

Orat̄or & t̄adas, proles Hyperionis, alba.
Quas maturauit lampade magna tibi.
Ergo & cælesti thalamum vestrum vnaq; turma
IOV. A Panomphæus n̄ reget, atq; teget.
Ne ferus Asmodes Hymenæia gaudia turbet,
Neu vestrum subeat dira Megara Larem,
Sic in Cumæos flamas gestabitis annos,
Nec disrumpentur vincula sacra tori.
Sic te, SPONSE, piâ faciet pia prole parentem
SPONS. A: pol ætatis dulce leuamen erit.
Viuite felices, felicem viuite vitam.
Dum Ne pagratur: dum micat axe Phanes.

Fridericus Herda Guel-
philensis Tyrig.

VI.

NEVKIRCHI Charitum inuidenda proles
O & delicium nouem sororum
Quæ sylvas habitant beatiores,
Quæ fontesq; bibunt salubriores,
Pura Phœcidos vnda quâ scaturit;
Cur Nympham socias tibi, minatur
Tempestas vbi cunctq; dum locorum?
Vrnas vertit Aquarius nivales
Caurus murmureq; insolentiore
Frendit, imbricitor Notus susurro
Remugit crepitantiore, moerent
Et horru sylvaq; muta ramis
Sedet tortilioribus volucris,
Quid dicam? rigidum gelu coarctat
Flumen fumiferæ profundum aqua!

Tu

Tu tamen socias tibi pudicam
Formosam, lepidam, piamq; Nympham
O factum benè? Non (quod impudenter
Gannis Ocne) benigniore tantum
Vere, Aestate vel igneo, humidove
Auctumno celebranda festa sunt
Nuptialia sed madentiore
Et Bruma licitum est, meo arbitratu.
Immò est commodius, cubile nempe
Sic statim viduum foui potestur
Ante frigoribus malis obustum.
Quare deposita seueritate
locis vtere, lusibusq; SPONSE
Mordicas animi leuaq; curas.
Nam solatiolum tui doloris
Stat SCHROTERIA virgo, luculento
Et desiderio tuos amores
Flagrans, lumina vertithue & illuc.
Sis felix in amore, nec (quod absit)
Seminaria sparsa amarulentæ
Conturbent Eridos torum nouellum,
Ames tu CATHARIN piè maritus
Amet te CATHARIS piè marita.
Ex vobis videatis annuatim
Fraterclosq; sororculasq; nasci
Filij referant honore patrem
Filiae referant pudore matrem
Hæc sunt quæ thalamo tuo precamur
NEVKIRCHI Charitum inuidenda
proles.

Theodor. Sytzmannus
Tyrigeta F.
SVB

VII.

SUB NOMINE SPONSI ad SPONSAM.

OCATHARINA meæ requies suauissima vita
 Quæ mihi non falso corde fauere studes,
 Metuus vnuus amor rediuiuis ignibus vrit
 Assidue torquet me tuus vnuus amor.
 In mea (si nescis) vehementer corpora sequit
 Te quia nequaquam dissimulanter amo.
 Non tamen aut oculi pulchri, flaviq; capilli
 Aut Cypriam referunt quæ tua membra Deam,
 Sed castæ splendor mentis, morelq; pudici
 Me cogunt animum semper amare tuum.
 Mox igitur castum castis amplexibus ignem
 Restingue, aut citius trudar ad Antipodas.

SUB NOMINE SPONSÆ ad SPONSVM.

BARTHOLOMAEE tuam quid habet miratio
 mentem
 Quod tua luctificum pectora vulnus alunt?
 En quoq; me simili flamma Cytherëius ales
 Et dirâ torret corpora nostra face.
 Scilicet hoc metuens si nullum ego vulnus haberem
 Eius ut in quenquam non rata tela forent.
 Non tamen ipse pater Podalirius alter in arte
 Sit licet, hæc medicâ vulnera sanetope.
 Sed tua cum coniungit fiam, propria atq; dicabor,
 Tunc demum accipiam dulce refrigerium.
 Quid vetat ergo pares nos ne simus? Huc ades atq; ut
 dim medicina tibi, sis medicina mihi.
 Heinricus Coppius Blanckenbainensis,

FINIS.

aut omisla uocem magna ex-
piravit p̄i nr̄. Et uide ob-
p̄i scilicet ēmōna afflue-
densi. Unde an̄cē dicitur
exadūso stabat. quā sit dāns
expirassit. Unde huc dicitur
dī filius erat. Nam huc dicitur
heres desiderat affuerit. ne
q̄b erat m̄tū nō dicitur.
Et merita uocis p̄cipia. Et
posseb̄ manū. taliter.
Et cū cēt my
cū. ermis
m̄lt̄. q̄ sunt o
utluna. eo? A
sero tēt̄ bñ. cum uocem
erit qđ ē s̄nt̄. sed uocē uocē
posseb̄ alio modo uocē uocē
destituta. qđ ip̄e s̄nt̄. qđ uocē
deponit. Et tān̄ ad uocē
uocē ad ipsiā uocē.